



Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

43. Non temerè de quoqua[m] iudicandum, nec omnia promiscuè omnibus proponenda. Exemplum vitæ non petendum à multitudine. Cauendi falsi doctores, & ad pr[a]cepta Philosophi[a]e Eua[n]gelicæ hîc à ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](#)

C A P. 43 Nō temere de quoquā iudicandum, nec omnia promiscuè omnibus proponenda. Exemplum vite non petendū à multitudine. Cauendi falsi doctores, & ad precepta Philosophie Euangelice hīc à Christo tradita non aures modò adhibendæ, sed multò etiam magis actiones accommodanda.

Matth. 7.* 42. Luc. 6.* 40.

S. Mattheus.

Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensū fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabē in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine, eiicam festucā de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eiice primū trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctū canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpāt vos. Petite, & dabitur vobis: quærите, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enī qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quē si petierit filius suus panē, nunquid lapi-

S. Marcus.

Nolite iudicare, &c nō iudicabimini. nolite condēnare, & nō cōdēnabimini. Dimittite, & dimittemini, Date, & dabitur vobis mensurā bonam & cōfertam, & coagitatam & supereffluentē dabunt in finum vestrum. Eādē quippe mensura qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid potest cæcus cæcum duccere? nōne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrū: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem, quē in oculo tuo est, non confyderas? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine, eiicam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eiice primū trabem de oculo tuo: & tunc perspicies ut edu-

S. Iohannes.

SYNTAXIS HISTORIÆ EVANGELICÆ.

59

S. Martheus.
 dem porriget ei. Aut si
 piscépetierit, nunquid ser-
 pentem porriget ei? Si er-
 go vos cùm sitis mali, no-
 sitis bona data dare filiis
 vestris; quanto magis Pa-
 ter vester qui in cælis est,
 dabit bona potentibus se:
 Omnia ergo quæcumque
 vultis ut faciant vobis ho-
 mines: & vos facite illis.
 Hæc est enim lex & Pro-
 phetæ. Intrate per angustâ
 portam: quia lata porta, &
 ipsa iusta via est quæ dicit
 ad perditionem, & multi
 sunt qui intrant per eam.
 Quam angusta porta, &
 arcta via est, quæ ducit ad
 vitam: & pauci sunt qui in-
 ueniunt eam! Attendite à
 falsis prophetis, qui ve-
 niunt ad vos in vestimen-
 tis ouium, intrinsecus au-
 tem sunt lupi rapaces. à
 fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colli-
 gunt de spinis vuas, aut de
 tribulis fucus? Sic omnis
 arbor bona, fructus bonos
 facit; mala autē arbor, ma-
 los fructus facit. Non po-
 test arbor bona, malos fru-
 ctus facere: neque arbor
 mala bonos fructus facere:
 Omnis arbor quæ non fa-
 cit fructus bonum, excidetur
 & in ignem mittetur. Igitur
 ex fructibus eorum cognos-

S. Marcus.

S. Lucas.
 educas festucam de ocu-
 lo fratris tui. Non est e-
 nim arbōr bona quæ facit
 fructus malos: neque ar-
 bōr mala, faciens fructum
 bonum. Vnaquæq; enim
 arbor de fructu suo co-
 gnoscitur. Neque enim de
 spinis colligunt fucus: ne-
 que de rubo vindemiant
 vuam. Bonus homo de
 bono thesauro cordis sui
 profert bonum: & malus
 homo de malo thesauro
 profert malum. Ex abun-
 dantia enim cordis, os lo-
 quitur. Quid autem vo-
 tis me Domine, Domine:
 & non facitis quæ dico?
 Omnis qui venit ad me,
 & audit sermones meos,
 & facit eos: ostendam vo-
 bis cui similis sit. Similis
 est homini ædificanti do-
 mum, qui fudit in altum,
 & posuit fundamentum
 super petram. inundatio-
 ne autem facta, illisum est
 flumen domui illi, & non
 potuit eam mouere: fun-
 data enim erat super pe-
 tram. Qui autem audit, &
 non facit: similis est homi-
 ni ædificanti domum suā
 super terram sine funda-
 mento: in quam illisum est
 fluuius, & cōtinuò cecidit

H 2 & facta

S. Iohannes.

SYNTAXIS HISTORIÆ EVANGELICÆ.

60

S. Matthæus.

scetis eos. Non omnis qui dicit mihi,
Domine, Domine, intrabit in regnum
cælorum: sed qui facit voluntatē Patris
mei qui in cælis est, ipse intrabit in re-
gnum cælorum. Multi dicent mihi in il-
la die, Domine, Domine, n̄nne in no-
mine tuo prophetauimus, & in nomine
tuo dæmonia eiecumus, & in nomine
tuo virtutes multas fecimus? Et tunc
cōfitebor illis, Quia nunq̄ noui vos: di-
scedit à me qui operamini iniquitatē.
Omnis ergo qui audit verba mea hęc,
& facit ea: assimilabitur viro sapiēti, qui
ædificauit domum suam super petrā, &
descendit pluia, & venerunt flumina,
& flauerunt venti, & irruerunt in do-
mum illam, & non cecidit. fundata
enim erat super petram. Et omnis qui
audit verba mēa hęc, & non facit ea, si-
milis erit viro stulto, qui ædificauit do-
mum suam super arenam: & descendit
pluia, & venerunt flumina, & flau-
erunt venti, & irruerunt in domum illā,
& cecidit, & fuit ruina illius magna.
Et factum est: cūm consummasset Ie-
sus verba hęc, admirabantur turbæ su-
per doctrinā eius. Erat enim docens
eos sicut potestatē habens, & non si-
cuit scribæ eorum & Pharisæi. * 44.

S. Marcus.

& facta est
ruina do-
mīus illius.
magna.
* 44.

S. Lucas.

S. Iohannes.

CAP. 44.